

ut ~~ut~~ ^{ut} qui crediderint in Dei familiam recipiantur. Sacramentum autem ~~indulgentiarum~~ ^{indulgentiarum} distribui iam receptis, nec fas esse. Quam Domini gustari ab his, qui oblatam gratiam fas edisse transpulerunt. et etiam, qui familiam subierunt sine veste nuptiali. Multa his similia utro utroque contulimus, non contentiase quidem: sed tamen utroque in sententia sua perseverante. Equidem, si quid erroris hic subesse intelligam, nolim pertinacius contendere: sed tamen Erasmi Theses nondum me adducere potuerunt, ut putarem locum illum, in Erotema, tunc corrigendum esse. Quamquam ~~quidam~~ ^{quidam} Duisburgi in prima editione, Hollander quidam Blockius, homo non indoctus eundem locum mordicus arripuit. Et Sathana quomquam ab ecclesia sic adduci, tyrannicum iudicavit. ~~Quamquam~~ ^{Quamquam} obrem et ad doctorem Olearium, & ad te alias quoque scripsi de ecclesiastica disciplina, ut iudicis vestris confirmatus, habeam quo me adversus aduersarios sui possim. Nam sicut nuper Iudaei apud Pilatum praesidem, negabant sibi esse regem, nisi caesarem: ita isti praeter externam Magistratus politici custodiam nullam in ecclesia christiana censuram patiuntur. Sed haec haecenus. Polyander quem & tu nostri crebris me literis inuasis et multum me diligit. Difficile ei certamen est cum malis ingenijs quae communis conditio est omnium fidelium ministrorum. Nusquam enim desunt eius modi labes, neque placentes Deo, et obstantes hominibus ne salui fiant. Vale. Nam in Palastram meam reuocor, ut nequeam tecum prolixius consabulari. Ipsi Nonis Junij mane in Schola Breme 1773.

Salutem his die chariss. coniugi et liberis.

I. Studiosiss.

Johannes Molanus

Nr. 227) W. Joh. Polyander. Ende.

[Mser.]

a. 12.

Nr. 209]

Quam habeam nunc aliquid otii: nempe quantum uix facis sit ad aures scalpendas, absente istinc Commelino, ad eum uiram merito me referam, qui unus est in sear maledorum. Multa sunt & Polyander in illis tuis perquam eruditis litteris posterioribus, quorum nomine uelenter te amo: et Commelini amicitia, meaque obseruantia dignissimum puto. Sed ea quae de disciplina disputas in primis meum animam recreant, maioremque faciunt, ad urgendum id, quod ut doctrina mea maxime congruit, ita piissimo cuique probatur, tanquam necessarium munimentum Ecclesiae seruanda. Itaque nuper ex illis tuis recti tui Antistiti Ecclesiae nostrae sententias aliquot, quum ad eandem eam una cum Euachio, et paucis aliis doctis adduxissem, quae sicut fuerunt in ore huius medico: ita illi Theologo magno opere placuerunt; et fuit inter nos acris contentio, quae tamen intra fines modestiae continebatur. Quarebamus quo cenderent: quaecumque uel ab Erasmo, uel ab aliis eiusdem sententia sequacibus, aduersus Ecclesiae ordinem tam accurate disputantur: nisi ut permissa quidlibet audendi licentia, Ecclesiastici catus infidelium ludibrijs exponantur. Quarebatur Antistes grauer, sua uocationis conatibus debilitari, eorum improbis studiis quos fuerat honestius ornare sperare, quam ipsi nacti essent. Sed nostri illud: *Μισὸν Μάχρῳα Ὁυπόταρ*. Erant mihi redditae ante paucos dies Mylii nostri litterae, ex his multa commemorari, quae nostrae huius maritimae confusionis deformitatem exaggerabant, Germanica illius Ecclesiae comparatione. Scribebat enim siglius bene illic esse res consi-

Eucas,

neq; cavere successa. Non admittere se ad participationem s. cana, nisi homines
explorata fidei, qui debitam Evangelio Iesu Christi obedientiam profiteantur, ac
praestent. Esse in suis auditoribus et Doct. Erastum, sed eum (quod quidem ma-
to dictum sit) auditorem tantum. Idem conari pastores ceteros, neq; remissa-
ros brachia: priusquam quod quantant effecerint, quando quod volunt non licet.
Iucunda sane nobis ea comessatio fuit, optimarum rerum (quas parim duo
elegantes viri, Polyander, et Mylius nobiscum communicaverant, parim mutua
colloquentiam sodalium Gortius suggererat) utilissima commemoratione.
Quamquam autem hic apud nos (at fere in urbibus Saxonia) perquam dif-
ficile sit eutaxiam aliquam inceptare: Est tamen hic (Deo sit Gloria) magnus
numerus virorum ac mulierum, qui non tantum meo: sed etiam Pastorum nos-
trorum iudicio, doctrina puritatem audissime amplectuntur, et iam maturi
sunt ad messem, facile ut, qui cor habet consideret, quos olim, clarissimus
Doctor Albertus, labores huius Ecclesiae informandae impendit, minime manes
fuisse. Imo sunt qui non dubitent gloriari, ex us qui Embdensen Ecclesiam per-
gros-
norunt, vera sanctitate, et spontanea Evangelii obedientia, ceteros nostros uersus aca-
nequaquam esse deformiores. De pietatis vi, et de moribus fidelium loquor. Nam
ritus scio vobis longe esse pariores. Atque haec una causa est quam obcedunt
qui cum probro noscero, plenis plausuris isthuc transcurrant, nobiscum cenaturi.
Equidem opinor, id esse cuius liberum, sed tamen videtur esse mali aliquid in exemplo
Praesertim cum nostri precones, homines, doctrina, et moribus integri, eam distractio-
nem publice notarint, et permolesti ferant. Ostendi eis Bese iudicium, me ipse
in eorum invidiam vocavi. Amo eos, cum quia sunt honesti, cum quia iuxta mecu-
peregrini. Sed habent suum quendam hic auctorem, cuius respectu mei moribus
nullum habent pondus. Vale. Nam interuenit Wittebergicus Tabellio: qui litte-
ras flagitat quas debeo Doctori Sebastiano Theodorico. Saluta etiam
Coniugem, et omnes amicos. Bremae. 15. Iulii. 1543. Iohannes Molanus.

M. gualtero dicitur.
Humburg.

Ferunt in Hollandia res Principis lapsas esse. O dolor, dolor. sed haec sunt huius
temporis facta. Redimamus tempus, instemus ipsi nobis, agamus viriliter, Dominum
expectantes. Sicut satis noui, non pones in ista urbe sedem rerum tuarum, non de
nihil Paulus Apostolus grauissime obtestatur per Deum, et Christum, qui iudicaturus
est uiuos, et mortuos. $\chi\rho\upsilon\varsigma\ \tau\omicron\upsilon\varsigma\ \lambda\omicron\gamma\omicron\varsigma\ \epsilon\upsilon\lambda\alpha\iota\omega\varsigma\ \iota\alpha\lambda\iota\omega\varsigma$. scilicet ut non con-
tenti priuata lectione sacrarum litterarum: exiguum fidei nostrae scintillam, admi-
niculo uiae uocis alere, et sanctorum consociationem maiorem semper facere stu-
deamus. Quod nisi sit, qua tandem ratione effugiemus exulceratissimi huius seculi
contagia? Atque ut nos enatemus foreasse: Quid fiet familiae nostrae? uxori dico,
et liberis. seruis. et ancillis, quos nostrae fidei mandatos, necesse est aut nulla
doctrina contabescere, atque emori: aut falsa doctrina profanescere et in pernici-